

trecentas peltas ex auro pbato. Trecentę minę auri: unam peltam uestiebant. Posuitq; eas rex in domo salus libani. Fecit etiam rex salomon thronum de ebore grandē. et uestiuit eum auro fuluo nimis: qui habebat sex gradus. Et summitas throni rotunda erat in parte posteriori: et due manus hinc atq; inde tenentes sedile. Et duo leones stabant iuxta manus singulas: et duodecim leuiculi stantes sup sex gradus hinc atq; inde. Nō est factum tale opus: in uniuersis regnis. Sed et uasa omnia de quib; potabat rex salomon erant aurea: et uniuersa suppellex domus salus libani de auro purissimo. Non erat argentum. nec alicuius pretij putabatur in diebus salomonis: quia classis regis per mare cum classe hyram semel per tres annos ibat in tharsis. deferens inde aurū et argentum. dentes elefantorū. et similes. et pauos. Magnificatus est ergo rex salomon sup omnes reges terre diuitijs et sapientia: et uniuersa terra desiderabat uultum salomonis. ut audiret sapientiam ei quā dederat deus in corde eius. Et singuli deferabant ei munera uasa argentea et aurea. uestes et arma bellica: aromata quoq; et equos. et mulos. per annos singulos. Congregauitq; salomon currus et equites. et facti sunt ei mille quadringenti currus. et duodecim milia equitum: et disposuit eos per ciuita-

tes munitas. et cum rege in iherusalem. Fecitq; ut tanta esset abundantia argenti in iherusalem quāta lapidum: et cedrorū prebuit multitudinem quasi ficomoros que nascuntur in campestribus. Et educabantur equi salomoni de egypto et de choa. Negociatores enim regis emebant de choa: statuto p̄cio p̄ducebant. Egredebant autē quidriga ex egypto sextuē siclis argenti: et quinquaginta: atq; in hunc modū cuncti reges hecheorum et syrie equos uenundabant. xj.

**R**ex autem salomon amauit mulieres alienigenas multas. filiam quoq; pharaonis: et moabitidas. et ammantidas. idumeas. et sydomias. et hecheas. de gentib; sup quib; dixit dñs filijs israhel. non ingrediemini ad eas. neq; de illis ingredientur ad uas. Certissime enim auerterent corda uas: ut sequamini deos earum. His itaq; copulatus est salomon: ardentissimo amore. Fueruntq; ei uxores quasi regine septingente: et concubine trecentę et auerterunt mulieres cor eius. Cumq; iam esset senex deprauatus est per mulieres cor eius ut sequeretur deos alienos. nec erat cor eius p̄fectum cum dño deo suo. sicut cordauid patris eius: sed colebat salomon astharten deam sydomiorum. et chamos dñm moabitarū: et moloch ydolorū amantiarū. Fecit q; salomō qd non placuerat coram dño: et non adimpleuit ut sequeretur dñm sicut dauid

pater eius. Tunc edificauit salomon  
 fanum chamos idolo moab. in mo  
 et qui est contra iherusalem et mo  
 loch idolo filiorum ammon: atq; in  
 hunc modum fecit uniuersis uxori  
 bus suis alienigenis. que adolebat  
 thura. et immolabant dijs suis.  
 Igitur uersa est mens eius a dño deo  
 isrl. qui apparuerat ei secundo et  
 preceperat de uerbo hoc ne seque  
 retur deos alienos: et non custodi  
 uit que mandauit ei dñs. Dixit  
 itaq; dñs salomoni. Quia habuisti  
 hoc apud te et non custodisti pactum  
 meum et precepta mea que man  
 dauit tibi: dirumpens scindam re  
 gnum tuum. et dabo illud seruo  
 tuo. Veruntamen in diebus tuis  
 non faciam: ppter dauid patrem  
 tuum. De manu filij tui scindam  
 illud. Nec totum regnum auferam:  
 sed tribum unam dabo filio tuo  
 ppter dauid seruum meum. et ihe  
 rusalem quam elegi. Suscitauit  
 autē dñs aduersarium salomoni.  
 adad idumeum de semine regio:  
 qui erat in edom. Cum enī esset  
 dauid in idumea. et ascendisset  
 ioab princeps militie ad sepeliendos  
 eos qui fuerant interfecti. et occidisset  
 omne masculinū in idumea.  
 sex enī mensibus ibi moratus est io  
 ab et omnis israhel donec interime  
 rent omne masculinum in idumea.  
 fugit adad ipse et uiri idumei ser  
 uis patris eius cum eo et ingrederē  
 tur egyptum. Erat autē adad pu

er paruulus. Cumq; surrexissent de  
 madian: uenerunt in pharan. Gu  
 leruntq; secum uiros de pharan: et  
 introierunt egyptum ad pharao  
 nem regem egypti. Qui dedit ei do  
 mum: et cibos constituit. et terram  
 delegauit. Et inuenit adad grām  
 coram pharaone ualde: in tantū  
 ut daret ei uxorem. sororem uxoris  
 sue germanam tafnes regine. Ge  
 nuitq; ei soror tafnes genebath fili  
 um: et nutriuit eum tafnes in do  
 mo pharaonis. Eratq; genebath  
 habitans apud pharaonem: cum  
 filijs eius. Cumq; audisset adad  
 in egypto dormisse dauid cum pa  
 tribus suis. et mortuum esse ioab  
 principem militie: dixit pharao  
 ni. Dimitte me: ut uadam in terrā  
 meam. Dixitq; ei pharao. Qua enī  
 re apud me indiges ut queras ire  
 ad terram tuam? At ille respon  
 dit. Nulla. Sed obsecro ut dimittas  
 me. Suscitauit quoq; ei deus  
 aduersarium razom filium eliadā.  
 qui fugerat adadezer regem sobā  
 dñm suum: et congregauit con  
 tra eum uiros. et factus est princeps  
 latronum. cum interficeret eos da  
 uid. abieruntq; damascum. et ha  
 bitauerunt ibi: et constituerunt  
 eum regem in damasco. Eratq; ad  
 uersarius isrl: cunctis dieb; salomo  
 nis. Et hoc est malum adad. et odi  
 um contra israhel: regnauitq; in  
 syria. Hieroboam quoq; filius na  
 bath esrateus de sareda. cuius ma  
 ter erat nomine serua mulier ui

dua .seruus salomonis: leuauit ma-  
 num contra regem. Et hec causa re-  
 bellionis aduersus eum: quia salo-  
 mon edificauit mello. et coequa-  
 uit uoraginem ciuitatis dauid pa-  
 tris sui. Erat autē hieroboam uir  
 fortis et potens. Uidensq; salomon  
 adolescentem bone in dolis et in du-  
 strum: constituerat eum presertim  
 sup tributa uniuerse domus io-  
 seph. Factum est igitur in tempo-  
 re illo ut hieroboam egrediretur  
 de hierusalem: et inueniret eum  
 abias filonites propheta in uia oper-  
 tus pallio nouo. Erant autē duo  
 tantum in agro. Apprehendensq;  
 abias pallium suum nouum quo  
 operatus erat. scidit in duodecim  
 partes: et ait ad hieroboam. Tolle  
 tibi decem scissuras. hec enim dicit  
 dñs deus israhel. Ecce ego scindā  
 regnum de manu salomonis: et  
 dabo tibi decem tribus. Porro una  
 trib; remanebit ei. ppter seruum  
 meum dauid. et hierusalem ciui-  
 tatem quam elegi ex omnib; tribu-  
 bus israhel: eo quod dereliquerit  
 me. et adorauerit astharten deam  
 sydomorū. et chamos deum mo-  
 ab. et moloch deum filiorū ammō.  
 et non ambulauerit in uis meis.  
 ut faceret iustitiam coram me. et  
 precepta mea. et iudicia sicut dauid  
 pater eius. Non auferam omne  
 regnum de manu eius. sed ducem  
 ponam eum cunctis dieb; uite sue:  
 ppter dauid seruum meum quem  
 elegi. qui custodiuit mandata

mea et precepta mea. Auferam au-  
 tem regnum de manu filij eius: et  
 dabo tibi decem tribus. Filio autem  
 eius dabo tribum unam: ut rema-  
 neat lucerna dauid seruo meo cun-  
 ctis dieb; coram me in iherusalem  
 ciuitate quam elegi. ut esset nomen  
 meum ibi. Te autem assumam. et  
 regnabis sup omnia que desiderat  
 anima tua: erisq; rex sup isrl. Si  
 igitur audieris omnia que precipio  
 tibi et ambulaueris in uis meis et  
 feceris quod rectū est coram me cu-  
 stodiens mandata mea et precepta  
 mea sicut fecit dauid seruus meus:  
 ero tecū. et edificabo tibi domum fi-  
 delem quomodo edificauit dauid.  
 et tradam tibi isrl et affligam semen  
 dauid sup hoc. ueruntamen non cum-  
 ctis diebus. Voluit ergo salomon in-  
 terficere hieroboam. Qui surrexit  
 et aufugit in egyptum ad sesac re-  
 gem egypti: et fuit in egypto usq;  
 ad mortē salomonis. Reliquū autē  
 uerborum salomonis et omnia que  
 fecit et sapientia eius: ecce uniuersa  
 scripta sunt in libro uerborum  
 salomonis. Dies autē quos regna-  
 uit salomon in iherusalem sup om-  
 nem isrl: quadraginta anni sunt.  
 Dormiuitq; salomon cum patrib;  
 suis: et sepultus est in ciuitate da-  
 uid patris sui. Regnauitq; roboam  
 filius eius pro eo. XII

**V**enit autem roboam in sychem.  
 Illuc autē congregatus erat omnis  
 isrl: ad constituendū eum regem.  
 At uero hieroboam filius nabath

cum adhuc esset in egypto profugus a facie regis salomonis: audita morte eius reuersus est de egypto. Miseruntq; et uocauerunt eum. Venit ergo hieroboam et omnis multitudo isrl: et loquuti sunt ad roboam dicentes. Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis. Tu itaq; nunc minime paululum de imperio patris tui durissimo. et de iugo grauissimo quod imposuit nobis: et seruiemus tibi. Qui ait eis. Ite usq; ad tertium diem: et reuertimini ad me. Cumq; abisset populus: misit consilium rex roboam cum senioribus qui assistebant coram salomone patre eius dum adhuc uiuere. et ait. Quod michi datis consilium. ut respondeam populo huic: Qui dixerunt ei. Si hodie obedieris populo huic. et serueris et penitioni eorum eorum cesseris. loquutusq; fueris ad eos uerba lenia: erunt tibi serui cunctis diebus. Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei: et adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo et assistebant illi. dixitq; ad eos. Quod michi datis consilium ut respondeam populo huic. qui dixerunt michi leuius fac iugum quod imposuit pater tuus sup nos: Et dixerunt ei iuuenes: qui nutriti fuerant cu eo. Sic loqueris populo huic qui loquuti sunt ad te dicentes: pater tuus adgrauauit iugum nr̄m. tu releua nos. Sic loqueris ad eos. Minimus digitus meus: grossior est dor-

so patris mei. Et nunc pater meus posuit sup uos iugum graue: ego autem addam sup iugum ur̄m. Pater meus cecidit uos flagellis: ego autem cedam uos scorpionib;. Venit ergo hieroboam et omnis populus ad roboam die tertio: sicut loquutus fuerat rex dicens. reuertimini ad me die tertia. Responditq; rex populo dura. derelicto consilio seniorum qd ei dederant. et loquutus est eis scdm̄ consilium iuuenū: dicens. Pater meus adgrauauit iugum uestrum: ego autem addam iugo ur̄o. Pater meus cecidit uos flagellis: et ego cedam uos scorpionib;. Et non adqueuit rex populo. qm̄ auersatus eum fuerat dñs: ut suscitaret uerbum suum qd loquutus fuerat in manu haie filonite ad hieroboam filium nabath. Uident itaq; populus quod noluisse eos audire rex: respondit ei dicens. Que nobis pars in dauid uel que hereditas in filio ysai? Vade in tabernacula tua isrl. Nunc uide domū tuam dauid. Et abiit isrl in tabernacula sua. Sup filios autem isrl quicumq; habitabant in ciuitatib; iuda: regnauit roboam. Misit igitur rex roboam ad iram qui erat sup tributum: et lapidauit eum omnis isrl et mortuus est. Porro rex roboam festinus ascendit curru: et fugit in hierusalem. Recessitq; isrl a domo dauid: usq; in presentem diem. Factum est autem cum audisset omnis isrl

quod reuersus esset hieroboam: misse-  
runt et uocauerunt eum congrega-  
to ceteri. et constituerunt regem sup  
omnem isrl. nec sequutus est quis  
quam domum dauid preter tribu  
iuda solam. Venit autē roboam  
hierusalem. et congregauit uniuersam  
domū iuda et tribum benia-  
min. centum octoginta milia electo-  
rum uirorum et bellatorū: ut pu-  
gnaret contra domū isrl. et redu-  
ceret regnum roboam filio salomo-  
nis. Factus est uero sermo dñi ad se-  
meiam uirum dei: dicens. Loquere  
ad roboam filium salomonis regem  
iuda: et ad omnē domum iuda et  
beniamin. et reliquos de populo di-  
cens. Hec dicit dñs. Non ascende-  
ris: nec bellabis contra fratres ur̄os  
filios isrl. Reuertatur uir in domū  
suam. Ame enī factum est uerbū  
hoc. Audierunt sermonem dñi:  
et reuersi sunt de itinere sicut eis  
preceperat dñs. Edificauit autem  
hieroboam sychem in monte ephra-  
im: et habitauit ibi. Et egressus in-  
de: edificauit phanuel. Dixitq;  
hieroboam in corde suo. Nunc re-  
uertetur regnum ad domum da-  
uid: si ascenderit populus iste ut  
faciat sacrificia in domo dñi in hie-  
rusalem. Et conuertetur cor popu-  
li huius ad dñm suum roboam re-  
gem iuda: interficientq; me et re-  
uertentur ad eum. Et excogitato  
consilio fecit duos uitulos aureos:  
et dixit eis. Nolite ultra ascendere  
hierusalem. Ecce dii tui isrl: qui e-

duxerunt te de terra egypti. Posu-  
itq; unum in bethel: et alterum in  
dan. Et factum est uerbum hoc in  
peccatum. Ibat enim populus ad  
adorandum uitulum usq; in dan.  
Et fecit phana in excelsis et sacerdos  
de extremis populi qui non erant  
de filiis leui: constituitq; diem solle-  
nem in mense octauo. quintadecima  
die mensis in similitudinē sollempi-  
tatis que celebrabatur in iuda. Et  
ascendens altare similiter fecit in  
bethel: ut immolaret uitulis q̄s  
fabricatus fuerat. Constituitq; in  
bethel sacerdotes excelsorū que fece-  
rat: et ascendit sup altare quod  
extruxerat in bethel. quintadeci-  
ma die mensis octauo quem finxe-  
rat de corde suo. Et fecit sollempni-  
tate filijs isrl: et ascendit sup alta-  
re ut adoleret incensum. xiii. c.

Et ecce uir dei uenit de iuda in  
sermone dei in bethel. hieroboam  
stante sup altare et thus iacente:  
et exclamauit contra altare in  
sermone dñi et ait. Altare alta-  
re: hec dicit dñs. Ecce filius nasce-  
tur domui dauid iosias nomine:  
et immolabit sup te sacerdotes ex-  
celsozum qui nunc in te thura suc-  
cendunt. et ossa hominū incendet  
sup te. Deditq; inde illa signum:  
dicens. Hoc erit signum quod lo-  
quutus est dñs. Ecce altare scin-  
detur: et effundetur cinis qui in  
eo est. Cumq; audisset rex sermo-  
nem hominis dei quem in clama-  
uerat contra altare in bethel: ex-

tendit manum suam de altari dicens.  
**A**pprehendite eum. Et exaruit ma-  
 nus eius quam extenderat contra  
 eum: nec ualuit retrahere eum ad  
 se. Altare quoque scissum est. et effu-  
 sus cinis de altari: iuxta signum quod  
 pradiixerat uir dei in sermone domini.  
**E**t ait rex ad uirum dei. Deprecare  
 faciem domini dei tui. et ora pro me:  
 ut restituatur manus mea michi.  
**O**rauit uir dei faciem domini: et reuer-  
 sa est manus regis ad eum. et facta  
 est sicut prius fuerat. Loquutus est  
 autem rex ad uirum dei. Veni mecum  
 domum ut prandeas: et dabo tibi  
 munera. Responditque uir dei ad  
 regem. Si dederis michi mediam  
 partem domus tue: non ueniam  
 tecum. nec comedam panem neque  
 bibam aquam in loco isto. Sic enim  
 mandatum est michi in sermone  
 domini precipientis: non comedes pa-  
 nem neque bibes aquam. nec reuer-  
 teris per uiam qua uenisti. Abiit  
 ergo per aliam uiam: et non est  
 reuersus per iter quo uenerat in be-  
 thel. Prophetes autem quidam  
 senex habitabat in Bethel. Ad quem  
 uenit filius suus: et narrauit ei  
 omnia opera que fecerat uir dei  
 illa die in Bethel. et uerba que lo-  
 quutus fuerat ad regem. et narra-  
 uerunt patri suo. Et dixit eis pa-  
 ter eorum. Per quam uiam abiit?  
**O**stenderunt ei filij sui uiam: per  
 quam abierat uir dei qui uenerat  
 de iuda. Et ait filijs suis. Sterne  
 michi asinum. Qui cum strauissent

ascendit et abiit post uirum dei. et  
 inuenit eum sedentem subtus terebin-  
 tum. Et ait illi. Tu ne es uir dei qui  
 uenisti de iuda? Respondit ille. Ego  
 sum. Dixit ad eum. Ueni mecum do-  
 mum: ut comedas panem. Qui ait.  
**N**on possum reueri neque uenire te-  
 cum nec comedam panem nec bibam  
 aquam in loco isto: quia loquutus  
 est dominus ad me in sermone domini di-  
 cens. non comedes panem et non bi-  
 bes aquam ibi. nec reuerteris per ui-  
 am qua ieris. Qui ait illi. Et ego  
 propheta sum similis tui: et angelus domini  
 loquutus est michi in sermone domini  
 dicens. Reduc eum tecum in domum  
 tuam: et comedat panem et bibat  
 aquam. Fefellit eum: et reduxit se-  
 cum. Comedit ergo panem in do-  
 mo eius: et bibit aquam. Cumque  
 sederent ad mensam: factus est ser-  
 mo domini. ad prophetam qui reduxerat  
 eum. et exclamauit ad uirum dei  
 qui uenerat de iuda: dicens. Hec  
 dicit dominus. Quia non obediens fuisti  
 orationi domini. et non custodisti mandatum  
 quod precepit dominus deus tuus. et re-  
 uersus es et comedisti panem et bi-  
 bisti aquam. in loco in quo precepit  
 tibi ne comederes panem neque bibe-  
 res aquam: non inferetur cadauer  
 tuum in sepulchrum patrum tuorum.  
**C**umque comedisset et bibisset: stra-  
 uit asinum suum propheta quem redu-  
 xerat. Qui cum abisset. inuenit eum  
 leo in uia et occidit: et erat cada-  
 uer eius proiecitur in itinere. Asinus  
 autem stabat iuxta illum: et leo sta-

bat iuxta cadauer. Et ecce uiri tñ  
 seuntes uiderunt cadauer p̄iectum  
 in uia. et leonem stantem iuxta ca-  
 dauer: et uenerunt et diuulgaue-  
 runt in ciuitate in qua p̄phetes se-  
 nex ille habitabat. Quod cum au-  
 disset p̄pha ille qui reduxerat eum  
 de uia: ait. Vir dei est qui in obe-  
 diens fuit ori dñi: et tradidit eū  
 dñs leoni. et confregit eum et occi-  
 dit iuxta uerbum dñi quod lo-  
 quutus est ei. Dixitq; ad filios suos.  
 Sternite michi asinum. Qui cum  
 strauissent et ille abisset: inuenit  
 cadauer eius p̄iectum in uia. et asi-  
 num et leonem stantes iuxta cada-  
 uer. Non comedit leo de cadauere:  
 nec lesit asinum. Guit ergo pro-  
 phetes cadauer uiri dei. et posuit  
 illud sup asinum. et reuersus in-  
 tulit in ciuitatem p̄ph̄e semis ut  
 plangerent eum: et posuit cada-  
 uer eius in sepulchro suo. et plan-  
 xerunt eum. Heu heu mi frater.  
 Cumq; planxissent eum: dixit ad  
 filios suos. Cum mortuus fuero se-  
 pelite me in sepulchro in quo uir  
 dei sepultus est: iuxta ossa eius po-  
 nite ossa mea. Profecto enī ueniet  
 sermo quem predixit in sermone  
 dñi. contra altare quod est in be-  
 thel: et contra om̄ia fana excelsorū  
 que sunt in urbibus samarie. Post  
 hec uerba non est reuersus hiero-  
 boam de uia sua pessima: sed econ-  
 trario fecit de nouissimis populi  
 sacerdotes excelsorum. Quicūq; uole-  
 bat implebat manū suā: diebat sac̄do  
 excelsorū. Et p̄t hāc causā peccauit  
 dom̄ hieroboā:

et euersa est et deleta de superficie terre.  
 In tempore illo egrotauit abia filius  
 hieroboam. Dixitq; hieroboam uxo-  
 ri sue. Surge et commuta habitum  
 ne cognoscatis quod sis uxor hiero-  
 boam: et uade in silo ubi est abia  
 p̄pha qui loquutus est michi quod  
 regnauit essem sup populū hunc.  
 Tolle quoq; in manu tua decem pa-  
 nes. et crustula. et uas mellis. et ua-  
 de ad illum. et ipse indicabit tibi  
 quid euenturum sit huic puero.  
 Fecit ut dixerat uxor hieroboam:  
 et confurgens abiit in silo et ue-  
 nit in domum abia. At ille non  
 poterat uidere: quia caligauerant  
 oculi eius pre senectute. Dixit autē  
 dñs ad abiam. Ecce uxor hierobo-  
 am ingreditur ut consulat te sup  
 filio suo: quia egrotat. Hec et hec  
 loqueris ei. Cum ergo illa intraret.  
 et dissimularet se esse que erat:  
 audiuit abia sonitum pedum eius  
 introeuntis per ostium. et ait. Ingre-  
 dere uxor hieroboam. Quare abiam  
 te esse simulas? Ego autē missus sū  
 ad te durus nuntius. Vade et dic  
 hieroboam. Hec dicit dñs deus isrl̄.  
 Quia exaltaui te de medio populi.  
 et dedi te ducem sup populum me-  
 um isrl̄. et scidi regnum domus da-  
 uid. et dedi illud tibi. et non fuisti  
 sicut seruus meus dauid. qui custo-  
 diuit mandata mea. et sequutus  
 est me in toto corde suo faciens qđ  
 placitum esset in conspectu meo.  
 sed operatus es male sup omnes qđ  
 fuerunt ante te. et fecisti tibi deos

xm̄  
 xam

dom̄ hieroboā:

alienos et conflatiles ut me ad iracundiam puocares. me autem percisti post corpus tuum: ideo ecce ego inducam mala super domum hieroboam. et percussam de hieroboam mungentem ad parietem. et clausum et nouissimum in israhel. et mundabo reliquias domus hieroboam. sicut mundari solet finis usque ad purum. Qui mortui fuerint de hieroboam in ciuitate. comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro. uorabunt eos aues celi. quia dominus loquutus est. Tu igitur surge et uade in domum tuam: et in ipso introitu pedum tuorum in urbem morietur puer. et plangent eum omnes israhel et sepeliet. Iste enim solus inferetur in sepulchro de hieroboam: quia inuentus est super eum sermo bonus ad dominum deum israhel in domo hieroboam. Constituet autem sibi dominus regem super israhel: qui percussat domum hieroboam in hac die et in hoc tempore. Et percussit dominus deus israhel: sicut moueri solet harundo in aqua. et euellet israhel de terra hac bona. quam dedit patribus eorum. et uentilabit eos trans flumen: quia fecerunt sibi lucos ut irritarent dominum. Et tradet dominus deus israhel propter peccata hieroboam: qui peccauit et peccare fecit israhel. Surrexit itaque uxor hieroboam et abiit: et uenit in thersam. Cumque illa ingrederetur lumen domus: puer mortuus est. Et sepelierunt eum: et planxit illum omnis israhel. iuxta sermonem

domini quem loquutus est in manu serui sui abie iphe. Reliqua autem uerborum hieroboam quomodo regnauerit et quomodo pugnauerit: ecce scripta sunt in libro uerborum dierum regum israhel. Dies autem quibus regnauit hieroboam: uiginti duo anni sunt. Et dormiuit cum patribus suis: regnauitque nadab filius eius pro eo. Porro roboam filius salomonis: regnauit in iuda. Quadraginta et unius anni erat roboam cum regnare cepisset: et decem et septem annis regnauit in iherusalem ciuitate quam elegit dominus ut poneret nomen suum ibi ex omnibus tribus israhel. Nomen autem matris eius: naama ammanites. Et fecit iudas malum coram domino: et irruerunt eum super omnibus que fecerant patres eorum in peccatis suis que peccauerant. Edificauerunt enim et ipsi sibi aras. et statuas. et lucos: super omnem collem excelsum et subter omnem arborem frondosam. Sed et effeminati fuerunt in terra. Feceruntque omnes abominationes gentium: quas attriuit dominus ante faciem filiorum israhel. In quinto anno regni roboam. ascendit sesac rex egypti in iherusalem: et tulit thesauros domus domini. et thesauros regios. et uniuersa diripuit. scuta quoque aurea que fecerat salomon. pro quibus fecit rex roboam scuta preta. et tradidit ea in manu ducum scutariorum. et eorum qui excuba-



bant ante ostium domus regis. Cūq;  
ingredereur rex in domum dñi. por-  
tabant ea qui precundi habebant  
officium: et postea reportabant ad  
armamentarium scutariorum. Re-  
liqua autē sermonum roboam. et  
omnia que fecit: ecce scripta sunt  
in libro uerborum dierum regum  
iuda. Fuitq; bellum inter hierobo-  
am et roboam: cunctis dieb;. Dor-  
miuitq; roboam cum patribus suis:  
et sepultus est cum eis in ciuitate  
dauid. Nomen autē matris sue: na-  
ama ammanites. Et regnauit abia  
filius eius pro eo.

**I**gitur in octauo decimo anno regni  
hieroboam filij nabath: regnauit  
abia sup iudam. Tribus annis regna-  
uit in hierusalem. Nomen matris  
eius maacha: filia abessalon. Ambu-  
lauitq; in omnib; peccatis patris sui.  
que fecerat ante eum: nec erat cor  
eius pfectum cum dño deo sicut cor  
dauid patris eius. Sed ppter dauid  
dedit ei dñs deus suus lucernam in  
hierusalem. ut suscitaret filium ei  
post eum et staret hierusalem: eo  
quod fecisset dauid rectum in oculis  
dñi. et non declinasset ab omnibus  
que preceperat ei cunctis diebus ui-  
te sue. excepto sermone uirę het-  
thai. At tamen fuit bellum inter  
roboam. et inter hieroboam: omni  
tempore uite sue. Reliqua autem  
sermonum abia et omnium que  
fecit. nonne hec scripta sunt in li-  
bro uerborum dierum regū iuda:  
Fuitq; prelium inter abiam: et inter

hieroboam. Et dormiuit abia cum  
patribus suis: et sepelierunt eum in  
ciuitate dauid. Regnauitq; asa fili-  
us eius pro eo. In anno ergo uicesimo  
hieroboam regis israhel regnauit  
asa rex iuda: et quadraginta et uno  
anno regnauit in hierusalem. No-  
men matris eius maacha: filia abes-  
salon. Et fecit asa rectum ante con-  
spectum dñi sicut dauid pater eius:  
et abstulit effematos de terra. pur-  
gauitq; uniuersas sordes idolorum  
que fecerant patres eius. Insuper et  
maacham matrem suam amouit  
ne esset princeps in sacris priapi et  
in luco eius quem consecrauerat: sub-  
uertitq; specum eius et confregit si-  
mulachrum turpissimū. et combus-  
sit in torrente cedron. Extelsa autē  
non abstulit. Veruntamen cor asa  
perfectum erat cum dño: cunctis  
diebus suis. Et intulit ea que san-  
ctificauerat pater suus et uouerat  
in domum dñi: argentum et aurū  
et uasa. Bellum autē erat inter asa  
et baasa regem isrl: cunctis diebus  
eorum. Ascendit quoq; rex isrl ba-  
sa in iudam et edificauit rama: ut  
non possit quispiam egredi uel in-  
gredi de parte asa regis iude. Tollens  
itaq; asa omne argentum et aurū  
quod remanserat in thesauris do-  
mus dñi. et in thesauris domus re-  
gie. dedit illud in manus seruoꝝ  
suorum: et misit ad benadab filiū  
tabremmon filij ezion regem syrie  
qui habitabat in damasco. dicens.  
Fodus est inter me et te: et inter pa-

trem meum et pacem tuum. Ideo  
 misi tibi munera. argentum et aurum:  
 et peto ut uenias et irritum facias  
 fedus quod habes cum baasa rege isra-  
 hel. et recedat a me. Adquiescens  
 benadab regi asa. misit principes  
 exercitus sui in ciuitates isrl: et percus-  
 serunt abion et dan. et abel. domum  
 maacha. et uniuersam ceneroth.  
 omnem scilicet terram neptalim. Quod  
 cum audisset baasa. intermisit edi-  
 ficare rama: et reuersus est therfa.  
 Rex autem asa nuntium misit in  
 omnem iudam. nemo sit excusatus.  
 Et tulerunt lapides rama et ligna  
 eius quibus edificauerat baasa: et ex-  
 truxit de eisdem rex asa gabaa ben-  
 iamin et massa. Reliqua autem om-  
 nium sermonum asa. et uniuerse for-  
 titudines eius. et cuncta que fecit. et  
 ciuitates quas extruxit. nonne hec  
 scripta sunt in libro uerborum die-  
 rum regum iuda: Veruntamen in  
 tempore senectutis sue: doluit pe-  
 des. Et dormiuit cum patribus suis:  
 et sepultus est cum eis in ciuitate da-  
 uid patris sui. Regnauitque iosaphat  
 filius eius super eo. Nadab uero filius hie-  
 roboam regnauit super isrl. anno se-  
 cundo asa regis iuda: regnauitque super  
 israhel duobus annis. Et fecit quod  
 malum est in conspectu domini: et am-  
 bulauit in uisibus patris sui et in pecca-  
 tis eius quibus peccare fecit isrl. Infi-  
 diatus est autem ei baasa filius abia  
 de domo isachar. et percussit eum in  
 gebbethon: que est urbs phylisti-  
 norum. Siquidem nabath et omnis

israhel obsidebant gebbethon. Inter-  
 fecit igitur illum baasa in anno ter-  
 tio asa regis iuda: et regnauit pro  
 eo. Cumque regnasset. percussit omnem  
 domum hieroboam: non dimisit  
 ne unam quidem animam de sem-  
 ne eius donec delectet eum. iuxta uer-  
 bum domini quod loquutus fuerat in  
 manu serui sui abie filonitis propter  
 peccata hieroboam que peccauerat.  
 et quibus peccare fecerat isrl. et propter  
 delictum quo irritauerat dominum deum  
 israhel. Reliqua autem sermonum  
 nadab. et omnia que operatus est. non-  
 ne hec scripta sunt in libro uerbo-  
 rum regum isrl: Fuitque bellum  
 inter asa et baasa regem israhel: cum  
 diebus eorum. Anno tertio asa re-  
 gis iuda. regnauit baasa filius abia  
 super omnem isrl in therfa uiginti  
 quatuor annis. Et fecit malum co-  
 ram domino: ambulauitque in uia hie-  
 roboam et in peccatis eius quibus pec-  
 care fecit israhel.

**F**actus est autem sermo domini ad hieui fili-  
 um annam contra baasa: dicens. Pro  
 eo quod exaltaui te de puluere. et  
 posui ducem super populum meum  
 isrl. tu autem ambulasti in uia hie-  
 roboam. et peccare fecisti populum me-  
 um isrl. ut me irritares in peccatis  
 eorum: ecce ego dimittam postero-  
 ra baasa et posteriora domus eius.  
 et faciam domum tuam sicut do-  
 mum hieroboam filij nabath. Qui  
 mortuus fuerit de baasa in ciuitate  
 comedent eum canes: et qui mortu-  
 us fuerit ex eo in regione comedent

eum canes: et qui mortuus fuerit de  
 baasa in ciuitate comedent eum ca-  
 nes: et qui mortuus fuerit ex eo  
 in regione comedent eum uolucres  
 celi. Reliqua autem sermonum  
 baasa et quecumq; fecit. et prelia  
 eius. nonne hec scripta sunt in li-  
 bro uerborum dierum regum isrl?  
 Dormiuit ergo baas cum patribus  
 suis: sepultusq; est in therfa. Et re-  
 gnauit hela filius eius pro eo. Cu  
 autem in manu hieu filij annani pro-  
 phete uerbum dñi factum esset co-  
 tra baasa. et contra domum eius.  
 et contra omne malum quod fecerat  
 coram dño. ad irritandum eum in  
 opibus manuum suarum ut fie-  
 ret sicut domus hieroboam: ob  
 hanc causam occidit eum hoc est  
 hieu filium annani propheta.  
 Anno uicesimo sexto asa regis  
 iuda. regnauit hela filius baasa sup  
 isrl in therfa: duob; annis. Et  
 rebellauit contra eum seruus su-  
 us zamri: dux medie partis equi-  
 tum. Erat autem hela in therfa.  
 bibens et temulentus in domo ar-  
 sa prefati therfa. Irruens ergo zam-  
 ri percussit et occidit eum anno ui-  
 cesimo septimo asa regis iuda: et  
 regnauit pro eo. Cumq; regnasset  
 et sedisset sup solum eius. percussit  
 omnem domum baasa: et non reli-  
 quit ex ea inuigentem ad parietem.  
 et propinquos et amicos eius. De-  
 leuitq; zamri omnem domum baa-  
 sa iuxta uerbum dñi quod loqui-  
 tus fuerat ad baasa in manu hieu

prophete. propter uniuersa peccata  
 baasa et peccata hela filij eius: qui  
 peccauerunt et peccare fecerunt  
 isrl. prouocantes dñm deum israhel  
 in uanitatibus suis. Reliqua autem  
 sermonum hela. et omnia que fe-  
 cit. nonne hec scripta sunt in libro  
 uerborum dierum regum israhel:  
 Anno uicesimo et septimo asa regis  
 iuda. regnauit zamri septem diebus in  
 therfa. Porro exercitus obsidebat  
 gebbethon: urbem phylistinorum.  
 Cumq; audisset rebellasse zamri et  
 occidisset regem: fecit sibi regem  
 omnis isrl amri qui erat princeps  
 militie sup isrl in die illa in castris.  
 Ascendit ergo amri et omnis isrl  
 cum eo de gebbethon: et obsidebant  
 therfa. Videns autem zamri quod ex-  
 pugnanda esset ciuitas. ingressus  
 est palatium et succendit secum do-  
 mum regiam: et mortuus est in  
 peccatis suis que peccauerat. faci-  
 ens malum coram dño. Etambu-  
 lauit in uia hieroboam: et in pec-  
 cato eius quod fecit peccare isrl.  
 Reliqua autem sermonum zam-  
 ri et insidiarum eius et tyranni-  
 dis. nonne hec scripta sunt in li-  
 bro uerborum dierum regum is-  
 rabel? Tunc diuisus est populus  
 israhel in duas partes. Media pars  
 populi sequebatur thebni filium  
 gineth ut constitueret eum regem:  
 et media pars amri. Preualuit au-  
 tem populus qui sequebatur amri:  
 populo qui sequebatur thebni fili-  
 um gineth. Mortuus est autem

thebni: et regnavit amri. Anno tricesimo asa regis iuda. regnavit amri sup isrl: duodecim annis. In thesa regnavit sex annis. Erigitq; montem samarie asomer duob; talentis argenti: et edificavit eam. et uocavit nomen civitatis quam extruxerat nomine somer dñi montis samarie. Fecit autem amri malum in conspectu dñi: et opatus est nequiter sup omnes qui fuerant ante eum. Ambulavitq; in omni via hieroboam filij nabath. et in peccatis eius quib; peccare fecerat israhel: ut irritaret dñm dñm israhel in uanitab; suis. Reliqua autē sermone amri et prelia eius que gessit. nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum isrl: Et dormiuit amri cum patribus suis: et sepultus est in samaria. Regnavitq; abah filius eius pro eo.

**A**hab uero filius amri regnavit sup isrl anno tricesimo octauo asa regis iuda: et regnavit abah filius amri sup isrl in samaria uiginti et duob; annis. Et fecit abah filius amri malum in conspectu dñi sup omnes qui fuerunt ante eum: nec suffecit ei ut ambularet in peccatis hieroboam filij nabath. in sup et duxit uxorem hiezabel filiam methabaal regis sydoniorum. et abiit et seruiuit baal et adorauit eum. et posuit aram baal in templo baal. quod edificauerat in samaria. et plantauit lucum. Et addidit abah in ope suo: irritans

dñm deum sup omnes reges israhel qui fuerunt ante eum. In diebus eius edificauit abiel de bebel hiericho. in aburan primitiuo suo fundauit eam. et in segub nouissimo suo posuit portas eius: iuxta uerbum dñi quod loquutus fuerat in manu iosue filij nun. Et dixit hebias thebitel de habitatoribus galaad: ad abah. *XVII.* **V**iuat dñs deus isrl in cuius conspectu sto: si erit annis his ros et pluuia nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est uerbum dñi ad eum dicens. Recede hinc et uade contra orientem. et abscondere in torrente carith qui est contra iordanem: et ibi de torrente bibes. Coruisq; precepi: ut pascant te ibi. Abiit ergo: et fecit iuxta uerbum dñi. Cumq; abisset sedit in torrente carith: qui est contra iordanem. Corui quoq; deferebant panem et carnes mane. similiter panem et carnes uespere: et bibebat de torrente. Post dies autē siccatus est torrentis. Non enim pluerat sup terram. Factus est igitur sermo dñi ad eum dicens. Surge et uade in sareptham sydoniorum: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri uidue: ut pascat te. Surrexit et abiit sareptham. Cūq; uenisset ad portam civitatis: apparuit ei mulier uidua: colligens ligna. Et uocauit eam: dixitq; ei. Da michi paululum aque in uase: ut bibam. Cumq; illa pergeret ut afferret: clamauit post tergum eius dicens. Affer michi obsecro et

bucellam panis: in manu tua. Quæ  
respondit. Viuit dñs deus tuus q̄a  
non habeo panem: nisi quantum  
pugillus potest capere farine in hy-  
dria. et paululum olei in lechito.  
En colligo duo ligna: ut ingrediar  
et faciam illud michi et filio meo.  
ut comedamus et moriamur. Ad  
quam helyas ait. Noli timere: sed  
uade et fac sicut dixisti. Uerunta-  
men michi primum fac de ipsa fari-  
nula subcineritum panem paruu-  
lum: et affer ad me. Tibi autē et filio  
tuo: facies postea. Hec autē dicit dñs  
deus isrl. Hydria farine non defi-  
ciet. nec lechyus olei minuetur: us-  
q; ad diem qua daturus est dñs plu-  
uiam sup faciem terre. Quæ abiit  
et fecit iuxta uerbum helye: et co-  
medit ipse et illa et domus eius.  
Et ex illa die hydria farine non de-  
ficiet. et lechyus olei non est immi-  
nutus: iuxta uerbum dñi quod lo-  
quutus fuerat in manu helye. Fac-  
tum est autē post hec uerba. egro-  
tauit filius mulieris matris familie:  
et erat languor fortissimus. ita ut  
non remaneret in eo habitus. Dixit  
ergo ad helyam. Quid michi et tibi  
uir dei? Ingressus es ad me ut reme-  
morarentur iniquitates mee: et  
interficeres filium meum. Et ait ad  
eam helyas. Da michi filium tuum.  
Gulitq; eum de sinu illius et por-  
tauit in cenaculum ubi ipse ma-  
nebat. et posuit sup lectum suū:  
et clamauit ad dñm et dixit. Dñe  
deus meus. etiam ne uiduam apd

quam ego ut cumq; sustentor afflixisti.  
ut interficeres filium eius? Et expan-  
dit se atq; mensus est sup puerum  
tribus uicibus. Clamauitq; ad dñm:  
et ait. Dñe deus meus: reuertatur  
oro anima pueri huius in uiscera ei.  
Exaudiuit dñs uocem helye: et re-  
uersa est anima pueri inq̄a eum.  
et reuixit. Gulitq; helyas puerum  
et deposuit eum de cenaculo in infe-  
riorem domum. et tradidit matri  
sue: et ait illi. En uiuit filius tuus. Di-  
xitq; mulier ad helyam. Nunc in  
isto cognoui qm̄ uir dei es tu: et uerbū  
dñi in ore tuo uerum est. Post  
dies autem multos uerbum dñi fa-  
ctum est ad helyam in anno tertio:  
dicens. Vade. et ostende te ahab:  
ut dem pluuiam sup faciem terre.  
Iuit ergo helyas: ut ostenderet se  
ahab. Erat autē fames uehement  
in samaria. Uocauitq; ahab abdiā  
dispensatorem domus sue. Abdias  
autem timebat dñm ualde. Nam  
cum interficeret hiezabel pphetas  
dñi: tulit ille centum pphas. et ab-  
scondit eos quinquagenos in spe-  
luncis. et pauit eos pane et aqua.  
Dixit ergo ahab ad abdiam. Vade  
in terram ad uniuersos fontes aqua-  
rum. et in cunctas ualles. si forte  
inuenire possimus herbam. et sal-  
uare equos et mulos: et non peni-  
tus iumenta intereant. Diuiserunt  
q; sibi regiones: ut circumirent eas.  
Ahab ibat per uiam unam. abdi-  
as per uiam alteram: seorsum. Cūq;  
esset abdias in uia: occurrit ei hely-

as. Qui cum cognouisset eum. cecidit  
 sup faciem suam: et ait. Num tu es  
 dñe mi helyas? Cui ille respondit.  
 Ego. Vade dic dño tuo. Adest hely-  
 as. Et ille. Quid peccavi inquit. qm̄  
 tradidisti me seruum tuum in manu  
 ahab ut interficiat me? Viuit dñs  
 deus tuus non est gens aut regnū  
 quo non miserit dñs meus te requi-  
 rent. Et respondentibus cunctis n̄  
 est hic: adiurauit regna singula  
 et gentes. eo quod minime reperi-  
 rent. Et nunc dicis michi. uade et  
 dic dño adest helyas? Cumq; reces-  
 sero a te: sp̄s dñi asportabit te in  
 locum quem ego ignoro. et ingres-  
 sus nuntiabo ahab. et non inueni-  
 ens te interficiet me. Seruus autē  
 tuus timet dñm ab infantia sua.  
 Nunquid non indicatum est tibi  
 dño meo quid fecerim. cum inter-  
 ficaret hiezabel pph̄as dñi. quod ab-  
 sconderim de pph̄is dñi centum ui-  
 ros. quinquagenos et quinquagenos  
 in speluncis. et pauperim eos pane  
 et aqua: Et nunc tu dicis. uade et  
 dic dño tuo adest helyas ut inter-  
 ficat me? Dixit helyas. Viuit dñs  
 exercituum ante cuius uultū sto:  
 quia hodie apparebo ei. Abijt ergo  
 abdias in occursum ahab: et indi-  
 cauit ei. Venitq; ahab in occursum  
 helye. Et cum uidisset eum: ait.  
 Tu ne es ille qui conturbas israhel?  
 Et ille ait. Non ego turbauis isrl̄.  
 sed tu et domus patris tui. qui dere-  
 liquistis mandata dñi: et secuti estis  
 baalim. Ueruntamen nunc mitte

et congrega ad me uniuersum isrl̄  
 in monte carmeli. et pph̄as baal  
 quadringentos quinquaginta.  
 prophetasq; lucorum quadringen-  
 tos: qui comedunt de mensa hie-  
 zabel. Misit ahab ad omnes filios  
 isrl̄: et congregauit pph̄as in mon-  
 te carmeli. Accedens autem helyas  
 ad omnem populum: ait. Usqueq;  
 claudicatis in duas partes? Si dñs  
 est deus: sequimini eum. Si autem  
 baal: sequimini illum. Et non re-  
 spondit ei populus uerbum. Et ait  
 rursum helyas ad populum. Ego  
 remansi pph̄a dñi solus: pph̄e autē  
 baal quadringenti quinquaginta pph̄e; lucorū  
 quadringenti uirū. Dent nob̄ duo boues.  
 Et illi eligant bouem unum. et in-  
 frustra cedentes ponant sup ligna:  
 ignem autē non subponant. Et ego  
 faciam bouem alterum. et imponā  
 sup ligna: ignemq; non subponam.  
 Inuocate nomina deorum uestroꝝ:  
 et ego inuocabo nomen dñi. Et d̄s  
 qui exaudiet p̄ ignem: ipse sit deus.  
 Respondit omnis popl̄s: et ait. Op-  
 tima p̄positio. Dixit ergo helyas pro-  
 pheta baal. Eligite uobis bouem unū.  
 et facite primi quia uos plures estis:  
 et inuocate nomina deoꝝ uestroꝝ.  
 ignemq; non subponatis. Qui cum  
 tulissent bouem quem dederat eis  
 fecerunt: et inuocabant nomen ba-  
 al de mane usq; ad meridiem dicen-  
 tes. Baal exaudi nos: baal exaudi  
 nos. Et non erat uox: nec quis res-  
 ponderet. Transibebantq; altare  
 quod fecerant. Cumq; esset iam me-

ridies: illudebat eis helyas dicens. Clamate maiore uoce. Deus enim est: et forsitan loquitur: aut in diuersorio est aut in itinere. aut certe dormit ut excitetur. Clamabant ergo uoce magna: et incidabant se iuxta ritum suum cultris et lanceolis. donec pfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies. et in illis prophetantibus uenerat tempus quo sacrificium offerri solet. nec audiebatur uox. neque aliquis respondebat. nec attendebat orantes: dixit helyas omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se populo. curauit altare domini quod destructum fuerat. et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum iacob ad quem factus est sermo domini dicens. israhel erit nomen tuum: et edificauit ex lapidibus altare in nomine domini. Fecitque aque ductum quasi per duas araucunculas in circuitu altaris: et composuit ligna. Diuisitque per membra bouem: et posuit super ligna. Et ait. Implete quatuor hydrias aque: et effundite super holocaustum et super ligna. Rursumque dixit. Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent et secundo: ait. Etiam tertio id ipsum facite. Feceruntque et tertio. Et currebant aque circa altare: et fossa aque ductus repleta est. Cumque iam tempus esset ut offerretur holocaustum: accedens helyas ipse. ait. Domine deus abra-

ham. et ysaac. et iacob. hodie ostende quia tu es deus israhel. et ego seruus tuus: et iuxta preceptum tuum feci hec omnia uerba. Exaudi me domine. exaudi me: ut discat populus iste quia tu es dominus deus. et tu conuertisti corda eorum iterum. Cecidit autem ignis domini et uorauit holocaustum. et ligna. et lapides: puluerem quoque et aquam que erat in aque ductu lambens. Quod cum uidisset omnis populus. cecidit in faciem suam: et ait. Dominus ipse est deus. dominus ipse est deus. Dixitque helyas ad eos. Apprehendite prophetas baal: et ne unus quidem fugiat ex eis. Quos cum comprehendissent: dixit eos helyas ad torrentem cison. et interfecit eos ibi. Et ait helyas ad abab. Ascende comede et bibe: quia sonus multe pluuie est. Ascendit abab: ut comederet et biberet. Helyas autem ascendit in uerticem carmeli: et pronus in terram posuit faciem inter genua sua. et dixit ad puerum suum. Ascende: et prospice contra mare. Qui cum ascendisset et contemplatus esset: ait. Non est quicquam. Et rursum ait illi. Reuerte te septem uicibus. In septima autem uice: ecce nubecula parua quasi uestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait. Ascende: et dic abab. Iunge currum tuum et descende: ne occupet te pluuia. Cumque se uertentem huc atque illuc: ecce celi contenebatur se: in nubes uent: et facta est pluuia gaudis. Ascendens itaque abab abiit in eziabel: et manus domini facta est super helyam. acciditque;

lumbis currebat ante abab donec  
 ueniret in iezabel. Nuntiavit au-  
 tem abab iezabel omnia que fece-  
 rat helyas: et quomodo occidisset  
 uniuersos pphas gladio. Misitq;  
 iezabel nuntium ad helyam: dicens.  
 Hec michi faciant dii et hec addant:  
 nisi <sup>hodie</sup> hora tras posuero animam tua  
 sicut animam unius ex illis. Genu-  
 it ergo helyas: et surgens abiit quo-  
 cumq; cum ferebat uoluntas. Venit  
 q; in bersabee iuda. et dimisit ibi  
 puerum suum: et perrexit in de-  
 sertum unius diei uiam. Cumq;  
 uenisset et sederet subter unam iu-  
 niperum: percussit anime sue ut  
 moreretur et ait. Sufficit michi  
 dne: tolle animam meam. Neq;  
 enim melior sum quam patres mei.  
 Proiecitq; se: et obdormiuit in um-  
 bram iuniperi. Et ecce angulus  
 dni tetigit eum: et dixit illi. Sur-  
 ge et comede. Respexit: et ecce sub  
 cernerunt panis ad caput suum.  
 et uas aque. Comedit ergo et bibit:  
 et rursus obdormiuit. Reuersus  
 q; est angelus dni secundo: et teti-  
 git eum. Dixitq; illi. Surge: come-  
 de. Grandis enim tibi restat uia.  
 Qui cum surrexisset. comedit et  
 bibit: et ambulauit in fortitudi-  
 ne cibi illius quadraginta dieb;  
 et quadraginta noctib;. usq; ad  
 montem dei horeb. Cumq; uenis-  
 set illuc: mansit in spelunca. Et  
 ecce sermo dni ad eum: dixitq; illi.  
 Quid hic agis helia? At ille respō-  
 dit. Zelo zelatus sum pro dno deo

exercituum: quia dereliquerunt pa-  
 ctum tuum filij isrl. Altaria tua de-  
 struxerunt: et pphas tuos occide-  
 runt gladio. Et derelictus sum ego  
 solus: et querant animam meam  
 ut auferant eam. Et ait ei. Egredie-  
 re: et sta in monte coram dno. Et  
 ecce dns transit et sps grandis et  
 fortis: et subuertens montes et conte-  
 rent petras ante dnm. Non in spu  
 dni. Et post spm: commotio. Non  
 in commotione dni. Et post com-  
 motionem ignis. Non in igne dni.  
 Et post ignem: sibilus aure tenuis.  
 Quod cum audisset helyas: operu-  
 it uultum suum pallio. et egressus  
 stetit in ostio spelunce. Et ecce uox  
 ad eum: dicens. Quid agis hic helyas?  
 Et ille respondit. Zelo zelatus sum  
 pro dno deo exercituum: quia de-  
 reliquerunt pactum tuum filij isrl.  
 Altaria tua destruxerunt: et pro-  
 phetas tuos occiderunt gladio. Et  
 derelictus sum ego solus: et querunt  
 animam meam ut auferant eam.  
**E**t ait dns ad eum. uade et reuer-  
 tere in uiam tuam ad desertum: in  
 damascum. Cumq; pueneris illuc:  
 unguet azahel regem sup syriam.  
 et hieui filium namsi unguet regem  
 sup isrl. helyseum autem filium sa-  
 phat qui est de abelmaula unguet  
 prophetam pro te. Et erit quicumq;  
 effugerit gladium azabel occidet  
 eum hieui: et quicumq; fugerit gla-  
 dium hieui. interficiet eum helyse-  
 us. Et derelinqua in isrl michi  
 septem milia uirorum. quorum



genua non sunt incuruata baal:  
 et omne os quod non adorauit eum  
 osculans manum. Profectus ergo in  
 de reperit helyseum filium saphat  
 arantē duodecim iugis bouum: et  
 ipse in duodecim iugis bouū arantib⁹  
 unus erat. Cumq; uenisset helyas  
 ad eum: misit pallium suum sup  
 illum. Qui statim relicto bobus.  
 cucurrit post helyam: et ait. Oscu  
 ler oro te patrem meum et matrem  
 meā: et sic sequar te. Dixitq; ei. Va  
 de et reuertere. Quod enī meum  
 erat: feci tibi. Reuersus autē ab eo.  
 tulit par bouum et mactauit illud:  
 et in aratro bouum coxit carnes et  
 dedit populo. et comederunt. Con  
 surgensq; abiit. et sequutus est he  
 lyam: et ministrabat ei. Porro be  
 nadab rex syrie congregauit om  
 nem exercitum suum. et triginta  
 et duos reges secum. et equos. et cur  
 rus: et ascendens pugnabat contra  
 samariam. et obsidebat eam. Mit  
 tensq; nuntios ad abah regem isrl  
 in ciuitatem: ait. Hec dicit bena  
 dab. Argentum tuū et aurum tu  
 um meū est: uxores tuę et filij tu  
 optimi mei sunt. Responditq; rex  
 isrl. Iuxta uerbū tuum dn̄e mi rex:  
 tuus sum ego et omnia mea. Reuer  
 tentesq; nuntij: dixerunt. Hec dicit  
 benadab: qui misit nos ad te. Ar  
 gentū tuum et aurū tuum. et ux  
 ores tuas et filios tuos: michi da  
 bis. Cras igitur hac eadem hora:  
 mittā seruos meos ad te: et scruta  
 buntur domū tuam et domum

seruorum tuorū. et omne quod eis  
 placuerit ponent in manib; suis:  
 et auferent. Uocauit autē rex isrl  
 omnes seniores terre: et ait. Ani  
 ma aduertite et uidece: qm̄ insidiet  
 nobis. Misit enī ad me pro uxorib;  
 meis et filijs. et pro argento et au  
 ro: et non abnu. Dixeruntq; om  
 nes maiores natu. et uniuersus po  
 pulus: ad eum. Non audias: neq;  
 adq̄scā illi. Respondit itaq; nun  
 tij benadab. Dicite dn̄o meo regi.  
 Omnia ppter que misisti ad seruū  
 tuum initio faciam: hanc autem  
 facere non possum. Reuersiq; nun  
 tij: reuulerunt ei. Qui remisit: et ait.  
 Hec faciant michi dij et hec addant:  
 si suffecerit puluis samarie pugil  
 lis om̄is populi qui sequitur me.  
 Et respondens rex isrl: ait. Dicite  
 ei. Ne gloriatur accinctus: eque ut  
 discinctus. Factum est autē cum au  
 dissec benadab uerbum istud: bibe  
 bat ipse et reges in umbraculis. et  
 ait seruis suis. Circundate ciuitatē.  
 Et circundederunt eam. Et ecce  
 ppha unus accedens ad abah regem  
 israhel: ait. Certe uidisti omnem  
 multitudinem hanc nimā: Ecce  
 ego tradam eam in manu tua hodie:  
 ut scias quia ego sum dn̄s. Et ait  
 abah. Per quem? Dixitq; ei. Hec di  
 cit dn̄s. Per pedisequos principū  
 pumtiarum. Et ait. Quis mapiet  
 p̄dian? Et ille dixit. Tu. Reuen  
 sit ergo pueros principum pum  
 tiarum: et reperit numerum du  
 centorū triginta duorū. Et post

eos recensuit poplin omnes filios israhel:  
 septem milia. Et egressi sunt meridie.  
 Benadab autē bibebat temulentus  
 in umbraculo suo: et reges triginta  
 duodecim qui ad auxilium eius ue-  
 nerant. Egressi sunt autē pueri pn-  
 cipum prouinciarū: in prima fron-  
 te. Misit itaq; benadab. Qui nuncia-  
 uerunt ei: dicentes. Viri egressi sunt  
 de samaria. At ille. Siue aut pro pa-  
 ce ueniunt: apprehendite eos uiuos:  
 siue ut prehendantur: uiuos eos capite.  
 Egressi sunt ergo pueri principum  
 prouinciarum: ac reliquus exercitus  
 sequebatur. Et percussit unusquisq;  
 unum: qui contra se ueniebat. Fu-  
 geruntq; syri: et persequutus est eos  
 isrl. Fugitq; benadab rex syrie in eq;  
 cum equibus. Nec non et egressus  
 rex israhel. percussit equos et currus:  
 et percussit syriam plaga magna.  
 Accedens autē ipha ad regem isrl:  
 dixit ei. Uade et confortare: et scito  
 et uide quid facias. Sequenti enī  
 anno: rex syrie ascendet contra te.  
 Serui uero regis syrie: dixerunt ei.  
 Dij montium sunt dii eorū: ideo  
 supauerunt nos. Sed melius est ut  
 pugnemus contra eos in campestri-  
 bus: et obtinebimus eos. Tu ergo  
 uerbum hoc fac. Amoue reges sin-  
 gulos ab exercitu suo. et pone prin-  
 cipes pro eis. et in sterna numerum  
 militum qui ceciderunt de tuis. et  
 equos secundum equos pristinos. et  
 currus. scdm currus quos ante ha-  
 buisti. et pugnabimus contra eos  
 in campestribus. et uidebis quod op-

tinebimus eos. Credidit consilio eorū:  
 et fecit ita. Igitur postquā annus tran-  
 sieraat. recensuit benadab syros et as-  
 cendit in asec: ut pugnaret contra  
 isrl. Porro filij isrl recensiti sunt: et  
 acceptis cybarijs. profecti ex aduerso  
 castrametati sunt contra eos. quasi  
 duo parui greges captarum. Syri  
 autē repleuerunt terram. Et acce-  
 dens uir dei: dixit ad regem israhel.  
 Hec dicit dñs. Quia dixerunt syri  
 dñs montium est dñs. et non est dñs  
 ualliu: dabo omnem multitudinē  
 hanc grandem in manu tua. et sci-  
 eas quia ego sum dñs. Dirigebant  
 septem diebus ex aduerso hij atq;  
 illi acies. Septima autē die: commis-  
 sum est bellum. Percusseruntq; filij  
 isrl de syris centum milia pedum  
 in die una. Fugerunt autē in asec  
 ciuitatem qui remanserant: et ceci-  
 dit murus sup uiginti septē milia  
 hominū qui remanserant. Porro  
 benadab fugiens ingressus est ciuita-  
 tem in cubiculo: quod erat intra cu-  
 biculum. Dixeruntq; ei serui sui. Ecce  
 audiuimus quod reges domus israhel  
 clementes sunt. Ponamus itaq; saccos  
 in lumbis nr̄is. et funiculos in caprib;  
 nr̄is: et egrediamur ad regem israhel.  
 Forsitan saluabit animas nr̄as. Accin-  
 xerunt saccos lumbos suos et posue-  
 runt funiculos in capitibus suis: ue-  
 neruntq; ad regem isrl. et dixerunt.  
 Seruus tuus benadab dicit. Uiuat  
 oro te anima mea. Et ait ille. Si ad-  
 huc uiuit: frater meus est. Quod  
 acceperunt uiri pro homine: et festi-

nantes rapuerunt uerbum ex ore eius.  
 atq; dixerunt. Frater tuus benadab.  
 Et dixit eis. Ite: et adducite eum.  
 Egressus est ergo ad eum benadab:  
 et leuauit eum in currum suū. Qui  
 dixit ei. Ciuitates quas tulit pater  
 meus a patre tuo reddam: et plateas  
 fac tibi in damasco sicut pater m̄s  
 in samaria. et ego federatus recedā  
 a te. Pepigit ergo fedus: et dimisit  
 eum. Tunc uir quidam de filiis pro-  
 phetarum: dixit ad socium suum  
 in sermone dñi. Percute me. At ille  
 noluit percutere. Cui ait. Quia no-  
 luisti audire uocem dñi: ecce rece-  
 des a me: et percutet te leo. Cumq;  
 paululum recessisset ab eo: inue-  
 nit eum leo atq; percussit. Sed et alte-  
 rum inueniens uirum: dixit ad eū.  
 Percute me. Qui percussit eum: et  
 uulnerauit. Abiit ergo propheta  
 et occurrit regi in uia: et mutauit  
 aspersione pulueris os et oculos su-  
 os. Cumq; rex transiret: clama-  
 uit ad regem. et ait. Seruus tuus  
 egressus est ad prediandum: in com-  
 minus. Cumq; fugisset uir unus: ad-  
 duxit eum quidam ad me et ait.  
 Custodi uirum istum. Qui si lap-  
 sus fuerit: erit anima tua pro ani-  
 ma eius. aut talentum argenti ap-  
 pendes. Dum autē ergo turbatus  
 huc illucq; me uertentem: subito n̄  
 comparuit. Et ait rex ad eum. Hoc  
 est iudicium tuum. quod ipse de-  
 creuisti. At ille statim absterxit pul-  
 uerem de facie sua: et cognouit eū  
 rex isrl̄ quod esset de prophetis.

Qui ait ad eum. Hec dicit dñs. Quia  
 dimisisti uirum dignū morte de ma-  
 nu tua: erit anima tua pro anima  
 eius. et popl̄s tuus pro populo eius.  
 Reuersus est igitur rex isrl̄ in domū  
 suam audire contempnens: et furi-  
 bundus uenit in samariam. Post  
 uerba autē hec uinea erat naboth  
 iezrahelice qui erat in iezrahel:  
 iuxta palatium ahab regis samarie.  
 Loquutus est ergo ahab ad naboth:  
 dicens. Da michi uineam tuā. ut  
 faciam michi hortū holerum. quia  
 uinea est et prope domum meam:  
 daboq; tibi pro ea uineam meliore.  
 aut si tibi commodius putas argenti  
 pretium quantum digna est. Cui  
 respondit naboth. Proprius michi  
 sit dñs: ne dem hereditatē patrum  
 meorū tibi. Venit ergo ahab in do-  
 mum suam indignans et frendens  
 sup uerbo quod loquutus fuerat  
 ad eum naboth iezrahelites dicens:  
 non dabo tibi hereditatē patrum me-  
 orum. Et prouens se in lectulum su-  
 um. auertit faciem suam ad parietē:  
 et non comedit panem. Ingressa  
 est autē ad eum hiezabel uxor sua:  
 dixitq; ei. Quid est hoc unde anima  
 tua contristata est. et quare non  
 comedis panem? Qui respondit  
 ei. Loquutus sum naboth iezrahe-  
 lite: et dixi ei. Da michi uineam  
 tuam accepta pecunia: aut si tibi  
 placet dabo tibi uineam pro ea.  
 Et ille ait. Non dabo tibi uineā  
 meam. Dixit ad eum hiezabel uxor  
 eius. Grandis auctoritatis es: et bene

regis regnum isrl. Surge et comede panem et equo esto animo: ego dabo tibi vineam naboth iezabelite. Scripsit itaq; litteras ex nomine ahab. et signauit eas anulo eius: et misit ad maiores natu et ad optimates qui erant in ciuitate eius. et habitabant cum naboth. Litterarum autē erat ista sententia. Predicite ieiunium. et sedere facite naboth inter primos populi: et submitte duos uiros filios belial contra eum. et falsum testimoniū dicant. benedixit deum et regē. Et educite eum et lapidate: sicut moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu et optimates qui habitabant cum eo in urbe sicut preceperat eis hiezabel: et sicut scriptum erat in litteris quas miserat ad eos. Predicauerunt ieiunium: et sedere fecerunt naboth inter primos populi. Et adductis duob; uiris filijs diaboli: fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet ut uiri diabolici dixerunt contra eum testimonium: coram multitudine. Benedixit naboth deum et regem. Quam obrem eduxerunt eum extra ciuitatem: et lapidibus interfecerunt. Miseruntq; ad hiezabel: dicentes. Lapidatus est naboth: et mortuus est. Factum est autē cum audisset hiezabel lapidatum naboth et mortuū: loquuta est ad ahab. Surge posside vineam naboth iezabelite: qui noluit tibi adquiescere et dare eam accepta pecunia. Non enī uiuit naboth

sed mortuus est. Quod cum audisset ahab mortuū uidelicet naboth: surrexit et descendebat in vineam naboth iezabelite: ut possideret eam. Factus est igitur sermo dñi ad helyam thesbitem: dicens. Surge descende in occursum ahab regis isrl qui est in samaria. ecce ad vineam naboth descendit ut possideat eam: et loquens ad eum dicens. Hec dicit dñs. Occidisti: insup et possidisti. Et post hec addes. Hec dicit dñs. In loco isto in quo lixerunt canes sanguinē naboth: lambent quoq; tuum sanguinem. Et ait ahab ad helyam. Num inuenisti me mimice meus? Qui dixit. Inueni: eo quod uenundatus sis ut faceres malū in conspectu dñi. Ecce ego inducam sup te malum. et demetam posteriora tua. et interficiā de ahab mingentē ad parietem. et clausum. et ultimū in isrl: et dabo domū tuam sicut domū hieroboā filij nabath. et sicut domū baasa. filij abia. quia egisti ut me ad naciā diā prouocares. et peccare fecisti israhel. Sed et de hiezabel loquitur est dñs dicens. Canes comedent hiezabel: in agro iezabel. Si mortuus fuerit ahab in ciuitate. comedent eum canes: si autē mortuus fuerit in agro. comedent eum uolucres celi. Igitur non fuit alter talis ut ahab: qui uenundatus est ut faceret malum in conspectu dñi. Concitauit eum hiezabel uxor sua. et abhominabilis effectus est: in tantū ut sequeretur idola. que fecerant amor-

rei. quos confurpfit dñs a facie filiorū  
isrl'. Itaq; cum audisset abab sermo  
nes istos: scidit uestem suam. et ope  
ruit cilicio carnem suā. ieiunauitq;  
et dormiuit in sacco. et ambulauit  
demisso capite. Factus est autē sermo  
dñi ad helyam thesbīten: dicens.  
Nonne uidisti humiliatū abab  
coram me: Quia igitur humilia  
tus est mei causa: non inducā ma  
lum in dieb; suis. sed in dieb; filij sui  
inferam malum domui ei. Transi  
erunt igitur tres anni absq; bello:  
inter syriam et israhel.

**I**n anno autē tertio descendit iosa  
phat rex iuda: ad regem israhel. Di  
xitq; rex isrl' ad seruos suos. Ignora  
tis quod nrā sit ramoth galaad. et  
negligimus tollere eam de manu re  
gis syrie: Et ait ad iosaphat. Veni  
es ne mecū ad preliandum in ramoth  
galaad: Dixitq; iosaphat ad regem  
isrl'. Sicut ego sum: ita et tu. Popu  
lus meus et populus tuus unum  
sunt: et equites mei et equites tui.  
Dixitq; iosaphat ad regem israhel.  
Quere oro te hodie. sermonē dñi.  
Congregauit ergo rex isrl' pphetas  
quadringentos circiter uiros: et  
ait ad eos. Ire debeo in ramoth ga  
laad ad bellandum. an quiescere:  
Qui responderunt. Ascende: et da  
bit eam dñs in manu regis. Dixit  
autē iosaphat. Non est hic prophē  
dñi quispiam. ut interrogemus  
per eum: Et ait rex isrl' ad iosa  
phat. Remansit uir unus p quem  
possumus interrogare dñm: sed

ego odi eum quia non pphetat michi  
bonum sed malū: micheas filius hy  
emla. Cui iosaphat ait. Ne loqua  
ris ita rex. Vocauit ergo rex isrl' eunu  
chum unum quemdam: et dixit ei.  
Festina adducere micheā filium hy  
emla. Rex autē israhel et iosaphat  
rex iuda sedebant unusquisq; in so  
lio suo uestiti cultu regio in area iu  
xta ostium portę samarię: et unuer  
si pphetę prophetabant in conspectu  
eorum. Fecit quoq; sibi sedechas  
filius filius chanaān cornua ferrea:  
et ait. Hęc dicit dñs. Hys uentilabis  
syriam: donec deleas eam. Omnesq;  
pphetę similiter pphetabant: dicen  
tes. Ascende in ramoth galaad. et  
uade prospere: et tradet eā dñs in  
manu regis. Nuntius uero qui ierat  
ut uocaret micheā: loquutus est  
ad eum dicens. Ecce sermones pro  
phetarū uno ore bona regi predi  
cant. Sit ergo et sermo tuus simi  
lis eorum: et loquere bona. Cui  
micheas ait. Uiuat dñs: quia quod  
cunq; dixerit michi dñs: hoc loqr'.  
Venit itaq; ad regem. Et ait illi  
rex. Michea ire debemus in ramoth  
galaad ad preliandum an cessare:  
Cui ille respondit. Ascende et ua  
de pspere: et tradet dñs in manu  
regis. Dixit autē rex ad eum. Iterū  
atq; iterū adiuro te: ut non loqua  
ris ad me nisi quod uerum est in ocu  
lis dñi. Et ille ait. Uidi cunctum  
isrl' dispersum in montibus: quasi  
oues non habentes pastore. Et ait.  
dñs. Non habent dñm isti. Reuer

tatur unusquisq; in domū suam in pace. Dixit ergo rex isrl' ad iosaphat. Numquid non dixi tibi quia non pphetet michi bonum. sed semp malum: Ille uero addens ait. Propterea audi sermonem dñi. Vidi dñm sedentē sup solium suum: et omnē exercitum celi adsistentē ei adextris et a sinistris. Et ait dñs. Quis decipiet et abab regem isrl'. ut ascendat et cadat in rāmoth galaad: Et dixit unus uerba huiusmodi: et alius aliter. Egressus est autē sps et stetit coram dño: et ait. Ego decipiam illum. Cui loquutus est dñs. In quo: Et ille ait. Egrediar: et ero sps mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit dñs. Decipies: et preualebis. Egredere: et fac ita. Nunc igitur ecce dedit dñs spm mendacij in ore omnium pphetarum tuorum qui hic sunt: et dñs loquutus est contra te malum. Accessit autē sedechias filius chanaān. et percussit micheam in maxillam: et dixit. Me ergo dimisit sps dñi. et loquutus est tibi: Et ait micheas. Visurus es in die illa: quando ingredieris cubiculum. intra cubiculū ut abscondaris. Et ait rex isrl'. Tollite micheam et maneat apud amon principem ciuitatis. et apud ioas filiū amalech: et dicite eis. Hec dicit rex. Mittere uirum istum in carcerem: et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustie. donec reuertar in pace. Dixitq; micheas. Si reuersus fueris in pace: non

est loquutus in me dñs. Et ait. Audite populi omnes. Ascendit itaq; rex isrl'. et iosaphat rex iuda: in rāmoth galaad. Dixitq; rex isrl' ad iosaphat. Sume arma et ingredere prelium: et induere uestib; tuis. Porro rex isrl' mutauit habitū: et ingressus est bellum. Rex autē syrie preceperat principib; curruum triginta duob;: dicens. Non pugnabitis contra minorem et maiorem quempiam: nisi contra regem isrl' solum. Cum ergo uisissent principes curruum iosaphat. suspicati sunt quod ipse esset rex isrl': et impetu facto pugabant cont' eū. Et extirpauit iosaphat. Interlexertq; pncipes curruum qd n̄ esset rex isrl': et cessauerunt ab eo. Unus autē quidam tetendit arcum suū in incertū sagittam dirigens: et casu percussit regem isrl' inter pulmonē et stomachum. At ille dixit aurige suo. Verte manum tuam et eice me de exercitu: quia grauer uulneratus sū. Commissum est ergo preliū in die illa. Et rex isrl' stabat in curru suo contra syros: et mortuus est uespri. Fluebat autē sanguis plage in sinū curru. Et precepsionit in uniuerso exercitu dicens. Unusquisq; reuertatur in ciuitatem: et in terrā suam. Mortuus est autē rex: et perlatus est in samariam. Sepelieruntq; regem in samaria. et lauerunt curru in piscina samarie: et lixerunt canes sanguinē eius. et habenas lauerunt iuxta uerbū dñi quod loquutus fuerat. Reliqua autē sermonum abab. et uniuersa que fecit. et domus eburnea quam edificauit. cunctarumq;

urbium quas extruxit. nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum isrl. Dormiuit ergo ahab cum patrib; suis: et regnauit ochozias filius eius pro eo. Iosaphat filius asa regnare cepit sup iudam: anno quarto ahab regis isrl. Triginta quinque annorum erat cum regnare cepisset: et uiginti quinque annis regnauit in iherusalem. nomen matris eius azuba filia salai. Et ambulauit in omni uia asa patris sui. et non declinauit ex ea: fecitq; quod rectum erat in conspectu dñi. Uerum tamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Pacemq; habuit iosaphat cum rege isrl. Reliqua autem sermonum iosaphat et opa eius que fecit et prelia. nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda. Sed et reliquias effeminatorum qui remanserant in dieb; asa patris sui: abstulit. de terra. Nec erat tunc rex constitutus in edom. Rex uero iosaphat fecerat classes in mari. que nauigarent in ophyr ppter aurum: et ire non potuerunt. quia confracte sunt in asiongaber. Tunc ait ochozias filius ahab ad iosaphat. Vadant serui mei cum seruis tuis: in nauibus. Et noluit iosaphat. Dormiuitq; cum patribus suis: et sepultus est in ciuitate dauid patris sui. Regnauitq; ioziam filius eius pro eo. Ochozias

autem filius ahab regnare cepit sup isrl in samaria anno septimo decimo iosaphat regis iuda: regnauitq; sup isrl duob; annis. Et fecit malum in conspectu dñi: et ambulauit in uia patris sui et matris sue. et in uia hieroboam filij nabath qui peccare fecit isrl. Seruauit quoq; baal et adorauit eum: et irritauit dñm deum isrl iuxta omnia que fecerat pater eius. *Explicit liber terci habet uis duomilia. Incipit capta lib quatuor.*

**D**e alloquutione angeli ad helyam sup ochozia. et de quinquagesimo igne ad uerbum helye confusus.

**D**e ioziam fratre ochozie et de helya ubi iordanem diuisit et in celum rapitur et de helya reditu et diuisione iordanis. et de ioziam et de iosaphat et rege edom ubi dimicauerunt contra moab ubi aqua et terra sine pluuia repleuerunt.

**D**e muliere cuius uasa oleo impleta sunt ab helya uerbo. et sunamite cuius filium suscitauit.

**D**e naaman syro leproso per helyseum curato. et de grezi puero helyse.

**D**e rege syrie qui uenit obsidere samariam. ubi helyseus orans hostem cecitate percussit. et de obsidione et fame ubi due mulieres comederunt infantem. et de fuga syrorum.

**D**e fame annorum septem et de sunamite que peregrinata est ad benedab et azahel regibus syrie. et de achazia.

**D**e hieu uncto in rege qui occidit ioziam et hiezabel. et .lxix. filios achab. et sacerdotes baal.

**D**e azahel quomodo euerit galaad. et de iochaz filio hieu. et de achahia regina. et de ioas occultato. et de ioiada sacerdote. et de restauratione templi.

**D**e azahel rege syrie quomodo asportauit de israhel tauros. et de amasia filio ioas.

et de ioachaz filio hieu. et de ioaf filio eius.  
et de morte hebyses. et de eo qui suscitatus est.

**D**e amasia rege iude. et de bello quod ei  
inulit ioaf et de hieroboam filio ioaf. et  
de azaria filio amasie. et de zacharia fi-  
lio hieroboam.

**D**e ioathan filio azarie et de sellum qui  
regnavit post zachariam. et post sellu  
manahen. et de phul rege assyrioru. et  
de phaccia postque phacez filius romehie

**D**e heglath rege assur quomodo galileam  
et galaad demolitus est. et de oseze qui re-  
gnavit post phacez. et de achaz filio io-  
athan. et que de rasim et phacez referunt

**D**e ezechia quomodo abstulit eneu serpente  
et de semacherib et rapsace. et ysaiam  
ppham. et quomodo angelus centu octogin-  
ta quinq; <sup>milia</sup> et de assyrijs interfecit.

**D**e agnitudine ezechie et de signo et so-  
le. et de pueris et litteris merodath re-  
gis babilonis. et de manasse et iniqui-  
tatis eius. et de ammon filio eius.

**D**e iosia filio ammon et de libro in tem-  
plo reperto. et de oldad propheta. et de  
idolis de iuda et samaria expurgatis.  
et de pascha quod celebrauit iosias.

**D**e ioach filio iosie. et nechao rege egyp-  
ti. quomodo ioachim regem loco iohat  
fecerit. et de nabugodonosor. et de ioa-  
chim filio ioachim. et de captivitate se-  
cundo in babilone adducta. cum rege  
ioachim et sedechia.

**D**e tertia captivitate in chaldaea cu se-  
dechia rege et uniuersis templi uasis con-  
ductis. et de godolia. et quomodo prepositus  
uel occisus est. et de ioachim in babilone  
educto de carcere. *Explicunt capitula.*

*Incipit liber regum quartus.*



reuer-  
tutus est au-  
tem moab  
in israhel  
postquam  
mortuus  
est abab.  
Ceciditq;  
ochozias p

cancellos cenaculi sui quod habebat  
in samaria: et egrotauit. Misitq;  
nuntios: dicens ad eos. Ite consuli-  
te beelzebub deum accharon: utru  
uiuere queam de infirmitate mea  
hac. Angelus aute dni loquutus  
est ad hebiam tesbiten: dicens. Sur-  
ge ascende in occursum nuntioru  
regis samarie: et dices ad eos. Num  
quid non est ds in israhel ut ea-  
tis ad consulendu beelzebub dnm  
accharon: Quam obrem hec dicit  
dnf. De lectulo sup que ascendi-  
sti non descendes: sed morte morie-  
ris. Et abiit hebias. Reuer siq;  
fuerunt nuntij ad ochoziam. Qui  
dixit eis. Quare reuer si estis: At  
illi responderunt ei. Vir occurrit  
nobis: et dixit ad nos. Ite et reuer-  
timini ad regem qui misit uos:  
et dicens ei. Hec dicit dnf. Num-  
quid quia non erat deus in isrl  
mittis ut consulatur beelzebub  
deus accharon: Icirto de lectulo  
sup quem ascendisti non descendes:  
sed morte morieris. Qui dixit eis.  
Cuius figure et habitus est uir q  
occurrit uobis. et loquutus est  
uerba hec: At illi dixerunt. Vir